

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De coniugatis, de simoniacis, de non promotis clericis ad ordines, de
ducentibus vxores, an teneantur in conscientia restituere fructus
præbendarum. Cap. CVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

¶ De conjugatis, de simoniaciis, de non promotis clericis ad ordinis, de ducentibus uxores, an teneantur in conscientia restituere fructus præbendarum.

C A P. C V I .

I Am sabinde accessoriè ad predictam quæstionem, que rēdum venit, an dispositio istius canonis commissaria cæterū, vbi cauetur, quod tenebitur ad restitucionem, qui non intendens promoueri ad sacerdotium parochiale, suscepit ecclesiam, nisi mutata voluntate ad sacerdium promotus fuerit, inducat obligationem in conscientia fructus restituendi, etiā ante sententiā condēnationis.

Q̄d. i.

¶ Et perinde quæritur de illa dispositione. Licet canon de electione lib. 6. vbi decernitur, quod qui post obtinat ecclesiam parochiale, & habitam illius possessionem pacificam, non promouetur ad presbyterium intra annum, & eo lapso illam retinet, & non relinquit illam, peccat, quia ipso facto illam perdit post lapsum anni, & fructus illius amittit, an sic si pœnalis, quod in conscientia ante condemnationem ad utrumque non obliget. Et videatur quod ante iudicis sententiam in conscientia talen obligacionem non inducat, quia secundum iuristas, & Nauarum in commento c. fraternitas. 12. quæstione secunda, & in rubrica de pœnitentia, & alijs sæpe pœna temporalis etiam ipso iure incursa non debetur in foro conscientiae ante sententiam, ergo neque pœnæ indicte de restituendis fructibus in allegatis capitulis.

¶ Nihilominus respondetur cum Nauarro, & cum Soto, & cum fratre Iosepho, & cum communī, quod in virtute quæstionis casu, & in alijs similibus ante condemnationis sententiam restituendi sunt fructus, scilicet in causa cap. commissa. § Cæterum, & in secundo casu cap. licet canon. Post annum lapsum ex quo non factus est presbyter, & dimittendum est beneficium, & fructus restituendi ante expectatam iudicis sententiam.

¶ Néque obstat illa regula generalis quod pena temporalis ipso iure incursa, non debetur in foro conscientiae, quia hæc regula non procedit, neque habet verum enim contrarium constat de mente legislatoris, vel cum non imponit.

ponitur propriè, vt pœna, sed vt quædam cōditio, vel modus rei traditæ, vt cum testator relinquit aliquid alicui, vt quipiam faciat, alias perdat legatū iuxta Panormitanum communiter receptum super glos. verbo, adjiciens, in cap. Raynaldus de testamentis, & in proposito constat ex filio, mentem pontificum statuentium, vt illo, vel illo cālacet beneficium ipso iure esse, vt mala conscientia remeat, qui illud ita perditum retinuerit, & fructus non revertentur, eo quod beneficia conferantur quadammodo ab illo modo, vel conditione, tacitè vel expresse, vt docet a Copiose Natur. ^a huius ^b cōsiderationis.

¶ Potest autem episcopus ut prædictimus ratione stu- huius rei
di dispensare, ne intra 7. annos ad presbyteriū suscipien memor est.
dam teneatur, modo intra annum, quo presbyter fieri de Sum. Lat.
debita, subdiaconus fiat cap. cum ex eo. lib. 6. de electione. capitul. 25.
Quia tamen disp̄satio nihil prodest ei, qui ad studēdum num. 117.
non proficiscitur iuxta Sylvestrum, iuxta mentem textus & in cap.
verbo insistentes, & quæ in eo dicunt Archidiaconus & non licet.
Iohannes Andr. cui supra addidimus Conc. Trid. viiissim. 12. q. 2. &
v. promotus in episcopum intra tres menses teneatur cap. Fraier
collegerat sub pœna perdendi fructus ipso iure, & intra nitas. 12.
alios sub pœna perdendi ipso iure episcopatum q. 2.

¶ Potro alia quæstio prædictis veluti appendix, & affi-
mus hic intermitenda nō est, an ille qui sine animo ascen- cap. 2. de re
dendi ad presbyterium, quoduis aliud beneficium non form.
curatum accepit, fructus restituendi obligatione impli-
catur. Nam glossa in cap. prælatum. de clericis nō residen- Q5.2.
bus, talem ad restituendos fructus teneri, sensit, & cla-
mibi idem tenuit Panorm. nihilominus Nauarrus con-
trarium tenet assuerans contrarium ex iure verius esse, c Summa
qua cum dictum caput commissa. pœnale sit extra suum
casum non debet extendi præsertim sine rationis identita-
te, vel majoritate, qualis hic non est. I. præses ff. de pœn. &
cap. penit. dist. I. huic sententiæ Nauarri subscri- Q5.3.
bit Sotus in de iustitia & iure & F. Josephus in suis flori-
bus contra Gabrielem quem ibi idē ipse citat, & ita cum
Nauarro, & his tenendum plane est.

Iam & alia minutiora circa hanc materiam dubia
mergunt, quorum primū sit, an peccent mortaliter bene
ficiū etiā simplicium beneficiorum, qui absque animo
le initiandi

670 Cap. CVI. Qui teneantur restituere fructus, &c.

se initiandi sacris, incedunt sine habitu clericali, & quidem
d Sotus de Sotus ⁴ eos peccare mortaliter astruit, Nauar. quoque
in*s. c. iu-* Sotum in hoc recte dixisse ait, quod tales peccent morta-
re. q. s. art. liter non in eo quod initiandi se sacrâ animo, sed
6.

quia non deferunt clericalem habitum, sed vereor quod
vtraque ratione peccent mortaliter, presertim quando-
li beneficio annexus est sacer ordo, & quia non initia-
tali ordine, ecclesia circa culum diuinum altaris, notab-
lem iacturam patitur, nam iniustitia notabilis est recip-
re fructus & cum notabili cultus altaris defectu sui ordi-
nis functioni decesse: licet verum sit quod supra Nauarus
ascuerat, non peccare mortaliter, nec fructuum pene-
tratione priuari illum, qui accipit beneficium, cui non est
annexus sacer ordo, animo firmo satisfaciendi quidem
eius oneribus, sed non ascendendi ad presbyterium,
nec ad alium ordinem sacram, quia id nullo iure prohibi-
berur.

¶ Porro dubitari & hic, in ista materia de fructibus con-
tingit, an coniugati accipiendo auctoritate apostolica pen-
siones super beneficijs, peccant mortaliter, eas pen-
sionum fructus recipiendo eosque restituere teneantur.
At quidem Sotus loco citato, quia pensiones ex ratione
legitima dandas esse censet, qua ratione legitima coniug-
atos putat carere, ideo eas accipientes sic a peccato mor-
tali non excusat.

c Summa ¶ At vero Nauarrus, tanquam magis pius in coniug-
Lat. c. 25. gatis, eos non peccare ait, si auctoritate apostolica eas pe-
num. 119. hones accipiatur, propter rationes quas affert, tu, quia id non
est contra ius diuinum, tum, quia Papa potest applicare fruc-
tus beneficij de consensu beneficiarij illis pijs operibus,
quibus potest ipse beneficiarius & constat eum post illos ap-
plicare coniugatis egreditibus, igitur tales coniugati possunt
licet auctoritate apostolica, eas pensiones super beneficium
accipere non quocunque modo neque ad popum, & luxum,
sed tantummodo in sustentatione suo statui necessariam.

¶ Secundò Nauarrus quasi adhibens granum salis cir-
ca hanc licentiam ait, quod papa raro, & nunquam sine ma-
gna causa, pensiones has coniugatis concedere debet ob
scandalum quidem, quod inde oriaretur. arg. cap. nihil de
præscript. & quia saeculares cum semel arriperint anfan-
exigent.

quidem
quoque
mortu-
no, sed
r quod
ando u-
initiatu-
notabi-
recipie-
i offi-
auamus
a petre-
non ek
pruden-
erum,
prohibi-
bus cō-
stolica
i pen-
atur.
atione
conia-
o mor-
contin-
cas pē-
a id sō-
are fra-
teribus,
illos ap-
possum
neficij
uxem-
ariam-
alis cit-
sine ma-
bet ob-
thal de-
anfan-
cigeni-

rigendi huiusmodi pensiones ex gratia, ecclesiastis, & be-
neficia volunt perpetuū sibi quodam iniquo iure facere
ributaria.

¶ Hinc ex prædictis tertio inferens corollarium infert
Nauarrus sic, consequens esse posse quem iustè gaudere
est à Papa sibi constituta, non seruendo ecclesiæ, li-
ter contra tenuerit Sotus. Sed in hoc ego puto cautè es-
tia his concessionibus ambulandum, ne dum piè hęc ex-
imatur causæ, pedentim bona ecclesiastica fiant profa-
nū quod & censuræ papæ vicarij Christi, sicut & cætera
ea asserta omnia relinquo.

¶ Insuper, & circa fructus ecclesiasticos accedit & Qd. 4.
Aliud dubium, illud nempe est an beneficiarius minorum
ordinum tantum, si cōtrahat matrimonium per verba de præ-
fensi, ipso iure amittit beneficium adeo, ut non recuperet
Aliud quamvis vxor ante cōsummatum matrimonium re-
ligionem ingrediatur, secundum omnes, & Nauarrum, f
Quod autem ipso iure in hoc casu amittat beneficium, patet
terram glossæ & communis in capite primo, de cleri-
ciis concordatis. ¶ Sed quia sic cautum est iure, manifestum
est post tale matrimonium per verba de præsenti contra-
dium peccare retinendo beneficium.

¶ Interim istinc pullulat, & aliud dubium, quid si tale Qd. 5.
matrimonium ob aliquem defectum extrinsecum veluti
consanguinitatis, aut affinitatis non valuit, fuitque nullū
aut nunc talis beneficiarius in minoribus constitutus ipso
iure beneficium amittat.

¶ Ad hoc dubium respondemus, quod est secundo di-
bium, quod etiam in hoc casu ipso iure beneficium amit-
tit dummodo quamvis non valuerit, consensus interue-
nit, ut declarat Panorm. in d. cap. 3. colum. 3.

¶ Porro an amissio beneficij incurrit ipso iure, si be-
neficiarius cōtrahat spōsalia, si roget aliquis, huic respo-
nsum per tertium dictum quod secundum omnes per so-
lo spōsalia contracta de futuro beneficium tale à benefi-
cio in minoribus constituto non amittitur ipso iure.

¶ At

f sum. lat.
cap. 125.
num. 120.

Qō 7. ¶ At si de cōstituto in sacris hæstauerit aliquis an per matrimonium etiā per verba de p̄tēsenti à se contractum beneficio suo ipso iure, aut facto maneat priuatus, dicitur ei vltimō, quod eiusmodi in sacris constitutus per hoc non est ipso facto beneficio priuatus, quia is non perdi beneficium ipso facto, quamvis eo priuari possit, ut glosa contra Panormitanū communiter recepta diffin.

Qō 8. ¶ Insuper & de symoniaco symoniacē adeptō beneficium dicendū est, an is tā beneficium quād eius fructu ipso iure restituere teneatur. Sed quia ex professo hanc symonia materiam non pertractamus, breuiter, & succinēte, ab hoc dubio, nos explicamus dicentes cum Nau-

g. summa ro. & Primō quod licet peccet mortaliter clericus, quod
Lat. c. 2. beneficiā, qui per symoniā vult querere illa, sive talis sy-
num. I 12. monia sit mentalis, sive conventionalis, sive realis, ex com-
municationem tamē, & obligationem restituendi cu-
dit, nisi symoniam commiserit realem, scilicet cōpletam
ex vtraquē parte, per receptionem beneficij, & dationem,
sive actualē solutionē pretij.

¶ Ex quo corollariē sequitur, quod familiaris episco-
pi, qui constituta sibi certa mercede annua inservit episcopo donec, ei episcopus beneficium cōferat: nō tenetur be-
neficiū post sibi collatum resignare, nec ad eius fructus
h. Nauar. restituendos tenetur: dum modo nullum pactū post illud
cap. 25. nu. collatum, de gratis seruīēdo intercedat, ita Nauar. quia
113. ex natura istius contractus non interuenit hic symonia ex
parte episcopi, aut sua. In cuius confirmationem allegat
i cap. cum Hostiensē i receptum per Ioan. Andream & commu-
effet de Sy nem, & ita secundum Nauarrum Maioris consentit Ho-
monia. stiensis existimans se contradicere illi.

¶ Præterea ut omnia de resignatione beneficij, ut
de restitutione fructus dubia cōtingentia referemus, que
ritur, an qui per symoniā ab alio commissam in favorem
suum, adeptus est beneficium, obligatione teneatur res-
ignandi beneficium, & restituendi fructus eius. ¶ Ad que-
stionem ergo distinctius procedentes dicimus primo,
quod per symoniam ab alio commissam, quam commis-
sit in procurando beneficium, vel gratiam Petro, non
in favorem Petri, sed potius ad nocendum Petro, vel effo-
non fecerit ad nocendum Petro, sed potius incōmodem
illū.

Qō 9.

illius: si tamen Petrus contradicente symonia commissa est, neque Petrus peccauit in mortali: et neque ad canonice obtinendum illud beneficium inhabilis factus est. Patet ex cap. sicut de symonia, ubi cauerit quod non imputatur electo confirmatio, si eo prohibente pro ipsius confirmatione pecunia data sit nū postea consenserit pecunia soluendo promissa, aut reddendo solutam. Quare in isto calu retinere potest beneficium & fructus.

Similiter, quia ut habetur cap. nobis de symonia, non censenda electio simoniaca, quando electus symoniam ignorauit, & facta fuit in fraudem electi, & in eius dispensandum talis symoniaca electio, ideo sic electus & beneficium poterit iuste, & fructibus.

In vero antequam quis sit electus ad beneficium si eo reclamante daretur, pecunia electoribus an id obesset ei postea electo, queritur & Glossa quidem super caput sicut de mente Vincentij diffinit quod obesset quidem ei, quia per pecuniam eligitur, nisi dantes hoc facerent in odium eius ut cap. eo supra. Nauat vero in hoc casu videtur tenere contrarium dicere etiam si symonia commissa sit non ad nocendum, sed ad commodandum sic promoto, si contradixit non obest. At huic sententiæ Nauarri non fauet ratio quæ in tex-
to assertur, quia cum in valorem electi symonia commissa sit istud factum non fuit factum damnum insidias inimicopatrantis, sed ex alta parte Nauarri sententiæ illa ratio textus applaudere videtur, scilicet quod huic nihil debet ad culpam vel poenam imputari, quia licet symonia commissa a parentibus pro obtainendis beneficiis pro suis parvulis filiis ignorantibus, ipsis filiis nescientibus imputetur ad poenam, non tamen contradicentibus imputatur ad culpam, vel poenam: quia aliud est & longè diuersum non præbere consen-
sum, & aliud est expresse prohibere, & contradicere ante- k 2.2.q.
quam fiat.

Quare extimo sententiam Nauarri esse probabilem, sci-
liceret quod huiusmodi symonia ab aliis commissa etiam in com-
modum contradicentis ante promotionem post promoto sit
non obstat, ita D. Thom. k Si autem dum promoueretur sic 1 2.2.q.
per symoniæ, id ignorat, licet postquam resciuerit, existi- 100. art.
mo quod talis symoniaca electio obstat sibi, nisi iuxta caput
nobis, in ipsis fraudem facta, vel intenta, sit, vel iuxta Vincentium
nisi etiam in odium eius fabricata fuerit hoc sub
6. ad 3.

V aliorum

aliorum censura nam & hoc insinuare Nauarrus videtur,
ita D. Thom.¹

I 2.2 q.
100. art.
6.ad 3.

Sed ut omnia dubia circa hunc articulum in medium
aduocentur, queritur an intelligentur praedicta asserta de
alias nullum antea habente ius ad beneficium, an vero is qui
antea iuⁿ habebat ad beneficium, si eo ignorante, vel sciente,
& non contradicente per aliorum symoniā in suum favo-
rem commissam, seu ut certius, rectiusque loquar si per
alios eius redimentes vexationem pecunia data, tale adepes
fuerit beneficium, an poterit beneficio, fructibus eius ga-
dere. Respondeo forte dicendum, quod si iam integrum
completumque ius habet acquisitum tam per electionem
quam per confirmationem, vel per presentationem, &
stitutionem simul, tunc si impeditus iniuste à possessione adi-
piscenda, pr̄ ea ast quenda per se, vel per alium pecuniam
dederit in foro conscientiae symoniācū non conferut, qui
postius acquisitum solum ad redimendam suam verago-
nem circa impeditam possessionem pecuniam contulit, &
ideo non tenebitur in hoc casu fructus restituere neque re-
signare pr̄abendam (quidquid sit de foro exteriori) in quo
secundū in Nauarrum proper pr̄umptionem contrariam,
forte ad resignandum, & restituendos fructus cogunt.

Secundo dicimus, quod si non erat sic ius plene acqui-
situm, sed solum habebat ius imperfectum, scilicet per-
fectionem tantum ante confirmationem, tunc perfecta deter-
minatio ex illo capitulo sicut, quod non imputatur electo, si eo
prohibente pro ipius confirmatione pecunia data sit.

Postremo & veritas illius dubij venir̄ hic inuestiganda,
an teneatur restituere fructus, & resignare beneficium ille,
qui licet acquisuerit illud aliqua se immiscente symonia nō
fuit causa quārendi illud, sive quia commissa fuit talis symo-
nia cum uno ex multis electionibus, presentatibus,
aut collatoribus quorum major pars etiam isto pecunia sub-
ornato non eligente cum elegisset, presentasset, aut ei bene-
ficium contulit.

Respondetur planè ad questionem, quod in casu quo
Symonia aliena non fuit causa quārendi beneficium, quia
non obstante ista symoniācū alij quibus cum, non est con-
tracta eiusmodi symonia cum essent maior pars, illum nihilo
minus elegissent, non amittit titulum, nec fructus bene-
ficis sic acquisiti.

¶ Idem

¶ Idem censet etiam Nauarrus in casu quo is cum quo admissa fuit talis symonia, non fuit ob eam principaliter motus, quamvis ob id pecunia data fuisset, ut dicit se resoluisse Nauarrus in cap. nobis. sequutus primam opinionem glossa in verbo interuenienti, p. 1 §. fina. i quæstione sexta. Hec persuasus ratione quia non nocet coram Deo symonia, quæ v. r. non fuit causa querendi beneficium quod sine illa æquè, atque cum illa quereretur, ita habet illa prima opinio glossæ quæ limitatur ab Hostieli & Panormitano, & rectè quidem quoad forum exterius tantum per rationem Ioannis Andreae. Tamen quo ad forum conscientiae quod sola veritate nititur cap. tua de sponsalibus, talis prima opinio glossæ non est limitanda: sed absolute intelligenda, scilicet quid in foro conscientiae, licet pecunia vel data, vel promissa interueniat, si propter hoc ad eum eligendum electores non fuerunt mori quem alias electuri erant, non propriètate in conscientia est electio viriosa. argum. C. si ex fal. instru. & de re iud. cum. Sed de his satis quia cum pertinent ad materiam de symonia obiter sunt hic ad proposum a'cita.

Anane legitimam etatem suscipientes beneficium teneantur restituere beneficium, & fructus, & quæ nam sit legitima actio, & an illegitimus beneficiarius teneatur restituere, vel in Ecclesiis patrum suorum libentes beneficia, vel sine canonico titulo.

C A P V T C V I I

P Orrò ulterius procedentes, usque ad exhaustendas omnes difficultates materiae pergitim inquirere, an qui beneficium curatum suscepit sine dispensatione Papæ ante vigintum annum cœptum fructus restituere teneatur. Dicendum est igitur ad quæstionem quod cum collatio beneficij in hoc casu sit nulla, ut patet caput. cum in cunctis §. inferiora de elect & tenetur retroquerere illud, insuper & perceptos restituere fructus, nisi remedium dispensationis à Papa querat ita Nauarrus.³

¶ Idemque censet ipse Nauarrus dicendum de eo, qui accipit dignitatem, aut personatum non curatum, excepto quod hos cum dispensatione episcopi post viginti annos completos aliquis obtinere potest. cap. 1. de actar. & qualit.

a Nauar.
cap. 2 f.
num. 116.